



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvací, 1625**

De operibus ex charitate factis. XV

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

332 D E I M I T A T I O N E C H R I S T I

2. Sed s<sup>æ</sup>pe aliquid ab intra latet, vel etiam ab extra concurrevit, quod nos etiam pariter trahit. Multi occulte seipso queruntur, in rebus quas agunt & nesciunt. Videntur etiam in bona pace & Luc. 12. stare, quando res pro eorum velle fiunt & sentire. Si autem alter sit quam<sup>m</sup> cupiunt, cit<sup>o</sup> mouentur, & tristes fiunt. Proprie diuersitatem sensum & opinionum, satis frequenter oriuntur dissensiones inter amicos & ciues, inter religiosos & deuotos.

Terem. 13.

3. Antiqua consuetudo difficulter relinquitur, & ultra proprium videre nemo libenter ducitur. Si rationi tua<sup>m</sup> magis inniteris vel industria<sup>m</sup> quam virtuti subiectiu<sup>m</sup> Iesu Christi, raro & tard<sup>e</sup> eris homo illuminatus; quia Deus vult nos sibi perfecte subiici, & omnem rationem per inflamatum amorem transscendere.

C A P V T X V .

*De operibus ex charitate factis.*

1. Pro nulla re mundi, & pro nullius hominis dilectione, ali quod malum est faciendum: sed pro utilitate tamen indgentis, opus bonum liberè aliquando intermittendum est, aut etiam pro meliori mutandum. Hoc enim fact<sup>o</sup> opus bonum non destruitur, sed in melius commutatur. Sine charitate opus exterrnum nihil prodest; quicquid autem ex charitate agitur, quantumcunque etiam paruum sit & despectum, totum efficitur frumentosum. Magis siquidem Deus pensat, ex quanto quis agit: quam opus, quod facit. Multum facit, qui multum diligit.

Heath. 18.

2. Multum facit, qui rem bene facit: bene facit, qui magis communitati quam sine voluntati seruit. S<sup>æ</sup>pe videtur esse charitas, & est magis carnalitas: quia naturalis inclinatio, propria voluntas, spes retributionis, effectus commoditatis, raro abesse volunt.

Phil. 2. &

1. Cor. 13.

3. Qui veram & perfectam charitatem habet, in nulla re seipsum querit; sed Dei solummodo gloriam in omnibus fieri desiderat. Nulli etiam inuidet, quia nullum priuatum gaudium amat; nec in seipso vult gaudere, sed in Deo super omnia bona optat beatificari. Nemini aliquid boni attribuit, sed totaliter ad Deum refert, a quo fontaliter omnia procedent, in quo finaliter omnes sancti fruibiliter quiescent. O qui scintillam haberet veræ charitatis, profecto omnia terrena sentiret plena fore vanitatis.

C A P V T X VI .

*De sufferentia defectuum aliorum.*

1. Q<sup>u</sup>æ homo in se vel in aliis emendare non valet, debet patienter sustinere, donec Deus aliter ordinet. Cogita, quia sic fortè melius est pro tua probatione & patientia, sine qua non sunt

